

operū aliorū. nō contenti p̄munibus obse-
 quijs. sed quantū vires sup̄erunt cū discre-
 to excessu om̄ia faciamus vt dicere possim?
 illud eccle. ij. Magnificauī, opa mea. Dic
 aut̄ excessus ne indiscretio reputerur ex du-
 obus constat sc̄z ex multitudine ⁊ conami-
 ne. hoc est vt multa faciamus bona opera ⁊
 eadem cū conatu. Hunc conatū opm̄ tam
 diu p̄tinuātes. quousq; de excessu operū ve-
 niamus in excessum mentis. de q̄ ps. Ego
 dixi in excessu mentis mee. Quid aut̄ dire-
 rit ex subtracta gratia ignorabat nihil sci-
 ens nisi q̄ proiectus esset a gratia quam in
 excessu sentiebat. Hunc excessum opm̄ nos-
 troz docet nos bern. di. Bonū est homini
 sua obsequia ad cumulum dare. verbi gr̄a.
 Sufficit ad salutē molestias corporis ferre
 patienter. sed cumulus est etiaz in seruoze
 spiritus eas amplecti libenter. Sufficit ad
 salutē superflua nō requirere. sed nec p̄pter
 ip̄a si desunt necessaria murmurare. sed cu-
 mulus est exultare ⁊ libenter querere. quo-
 modo alius magis habeat ipe penuriam
 patiatur. Sufficit ad salutē si nec in patiē-
 tia vel fraude aliqua ad illud qd̄ desiderās
 inuitū vel animū p̄lati tui inclinare. s̄ cu-
 mulus est refugere ea ⁊ ablata respicere. in
 quibus voluntatē tuam senseris oblectari.
Tercio exaltamur cum petro per pas-
 sionē. cū nos quibusdam exercitijs passioni
 equivalentibus strenue exercemus. Naz
 cum p̄riorū exercitiōz merito sancti homi-
 nes ad contemplationis gratiā admittunt
 ab oī spē terrene p̄solatōis se elōgāt. vt bo-
 nis celestib; abundantius p̄fruat̄ur. quib;
 bus vtrūq; gustatis cū more suo se subtra-
 xerit sit amaritudo amarissima. et impati-
 ti desiderio languere incipiūt vehementer.
 Cum em̄ ad carnales delectationes redire
 neclibeat. nec liceat ambobus carentes. ⁊ tā
 q̄ inter celum ⁊ terrā suspensi amarissime
 cruciantur. et talis cruciatus equiualeat pas-
 sioni. de hac passione di. iob. vij. Suspēdi-
 um elegit anima mea. qd̄ exponēs Grego.
 dicit. Quid per animā nisi mentis intentō
 quid per ossa nisi carnis fortitudo designat
 Omne aut̄ qd̄ suspenditur proculdubio ab
 imis eleuatur. Summa ergo suspēdiū ele-

git vt ossa moriantur. qz dum mentis intē-
 tio ad alta se subleuat. omnem in se carnis
 fortitudinem necat. Sancti em̄ viri certissi-
 me sciunt. quia requiem in hac vita habere
 nequa q̄ possunt. et idcirco suspēdiū eli-
 gunt. qz desideria terrena deserentes ad al-
 ta animū tollunt. suspēsi aut̄ ossibus suis
 mortē inferunt qz amore sup̄erne patrie in
 virtuti studijs accincti. hoc qd̄ fortes prius
 in mundo fuerant suspēsi occidit. de hoc
 martirio dicit Bern. Cuz gratia p̄templan-
 tis celerius nō subuenit. fit obsecranti celuz
 eneum ⁊ terra ferrea. et cum relicta sibi bu-
 mani cordis duricia ad votū exaudiri non
 meretur. anxietas desiderantis negari sibi
 existimat quicquid differet. et nescio an vel
 ip̄am gehennā q̄p̄iri ad tempus horribili
 penaliusve ducat. q̄ post spiritalis studiū
 gustatā suauitatē exire tenuo ad illecebras
 ⁊ molestias carnis. Talis ergo crucifixio
 si nō ferro sanguinē fundat. petri tamē cor-
 porali martirio adequatur. tales enīz inter
 celi ⁊ terre p̄solationes eleuati pendent mi-
 serabiliter de solati. Nonne velud inter du-
 as mensas positi eplantes. hinc inde specta-
 mus ieiuni. sic sumus c̄mino sic. vnde et
 go sic positis visus vnde ioc. vnde leuitas
 quando forte nō agnoscimus. ad quā q̄.

XXXI. De sancto Mathia. fmo. j.

Cecidit fors super
 Mathiam ⁊ annumeratus est cū
 vndecim. act. j. Dicit Aug. Om̄i p̄p̄os te-
 us qui summe bonus est vult omnes homi-
 nes saluos fieri. et ad agnitionē sui nominis
 peruenire vt fiant participes sue bonitatis.
 cui p̄p̄ium est se p̄municare p̄pter qd̄ om̄is
 vocat nullum respicēs. nullum transiēs. oī-
 bus gratias suas offerens. qz non est acce-
 pto: personatum deus. et ideo forte sue vo-
 cationis super om̄es mittit licet non capiat
 apud omnes. In vrbis ergo p̄positis duo
 intelligimus scilicet gloriose huius p̄inci-
 pis electionē ⁊ electi sublimationem. P̄ci-
 mū ibi. Cecidit fors super Mathiam. sc̄dū
 dum ibi. et annumeratus est cum xi. De ca-
 sione ergo huius fortis duo dicimus. vide
 licet de forte p̄m̄nētibus. sc̄dū ⁊ in forte

consentientibus. de primo sit primus sermo.
 de secundo scdo. De primo ad huc tria dicem?
 primo de sortis descriptione. scdo de sortis di-
 uisione. tertio de sortis obauditione. **E**
 primo dicamus de sortis descriptione. q̄
 quantum est de p̄nti materia & quantum p̄inet
 ad nostrā uocationē obmissa sorte q̄ v̄si sunt
 apostoli. de q̄ nihil certi nobis doctores insi-
 nuant. nihil aliud est nisi diuine gratie am-
 monitio monens intus p̄ spiritum siue mo-
 uēs extra p̄ hominē ad consentiendum deo.
 Et hanc sortem sue amonitionis de? mittit
 super om̄ē hominē. nullū transiens nullū
 premens: cui si p̄senserimus p̄ficiet in no-
 bis sanctificationē vite eius que nūc est pa-
 riter & future. **U**n̄ si sorti sue amonitionis cō-
 senserimus dantes ei p̄sensum nostrū cum
 amoniti fuerim? vel intus a sp̄u vel extra ab
 homine beati erimus in eternū. si autē nega-
 uerimus nec sorti ei? p̄senserimus iusto dei
 iudicio derelinquimur reprobari. **Q**uod ad
 salutem nostrā & dei grām consequendā p̄-
 dica duo necessario requiruntur: scz diuine
 sortis amonitio & cōsensus nostri inclinatio.
Ipsa em̄ sunt de quib? **M**ath. xviij. dicitur
 Si duo cōsenserint de omni re quā p̄terierit
 fiet eis a patre meo qui est in celis. **D**e? autē
 sortem sue uocationis singul? exhibet. hęc oēs
 per cōsensum oblate gratie nō consentiant.
 non occurrant. **U**n̄ qd̄ math. v. dicit. **D**e?
 solem suū oriri facit super bonos & malos &
 pluit super iustos & iniustos. hoc. i. paral. xvi
 dicit. **V**isit sortem ex equo magnis & puis
 hoc qd̄ in his duob? dicit hoc intendebat
Job dicens **S**up quem nō effulsit lumen
 eius: & cū his trib? p̄cordat p̄s dicens. **N**ō
 est qui se abscondat a calore eius. quod enī
 nos hic dicimus sortē hoc iob lumē & psal-
 nominat calorem. & sic p̄ sortis descriptio
 quā ideo multis noibus exposuim? ut eius
 significatio euidentius innotescat. **S**
 scdo dicendū est de sortis diuisione. hoc ē
 quorū modis dñs sortem sue uocationis super
 nos mittat. **E**t q̄ntū nunc sufficit quib? sūt
 modi quibus nos deus ad se misericorditer
 vocat: scz criminis obiectione. pene cōmina-
 tione paterna supplicatiōe. beneficiorū exhibi-
 tione & premij p̄missiōe. **H**is quib? mo-

dis om̄es homines nisi obstinati fuerint al-
 liciuntur: & ad id qd̄ alliciēs desiderat indu-
 cūtur. **P**rimo ḡ vocat nos de? mittens sup
 nos sortem sue uocationis p̄ criminis obie-
 ctionem. impropere nobis peccata q̄ com-
 misimus: qd̄ tunc agit cū vel int? ea ad me-
 moriā nobis reuocat. vel foris p̄ os predica-
 toris insinuat. sic p̄ iere. nobis n̄ra crimina
 obijciuntur cū dicit. **T**ransite ad insulas &
 & post plura subiungit. **D**uo mala fecit po-
 pulus me?. me dereliquerūt fontē aque vi-
 ue & foderūt sibi cisternas dissipatas q̄ con-
 tinere nō valent aquas. **I**n quibus uerbis
 duo tangūtur p̄ que om̄ia peccata crimina-
 lia cōmittūtur scz auersio & cōuersio. **A**uer-
 sio a summo bono: qd̄ tangit in eo quod di-
 cit. **N**e dereliquerūt fontē aque uiue. **C**on-
 uersio ad bonū cōmutabile: qd̄ in eo tangit
 quod subiungit. **E**t foderūt sibi cisternas dis-
 sipatas. **H**oc em̄ bonū cōmutabile bene cō-
 sternis dissipatis simile dicit. qz om̄is usus
 tp̄alium cōtra deū cum tpe euanescit. **S**e-
 cundo mittit super nos de? sortem sue uoca-
 tionis per pene cōminatōe. reducēs nobis
 ad memoriā q̄nta mala cōminatus est dñs
 his qui in criminib? perseverant qz inexora-
 bilis sit eis & qz inflexibilis. dicens eis illud
 prouer. i. **E**go in interitu uestro ridebo & sub-
 sannabo cū uobis qd̄ timebatis aduenerit.
De qua cōminatōe dicitur deuter. xvij.
Augebit dñs plagas tuas. plagas magnas
 & perseverantes pessimas & perpetuas: & con-
 uertet in te om̄es afflictiones egypti quas ti-
 muisti & adhaerebūt tibi: insuper languores
 vniuersos & plagas que nō sunt scripte in
 volumine legis inducet sup te donec te con-
 terat. **I**tem Amos. iij. **J**urauit dñs in fan-
 cto suo. qz ueniet dies sup vos & leuabunt
 vos in contis & reliquias uestras i ollis fer-
 uentibus. **I**tem ps. **N**isi conuersi fueritis
 gladiū suū vibrauit & vsq; sagittas su-
 arden. effecit. **D**e hac cōminatōe dicit bern.
Deus uolens nobile creaturā scz hominem re-
 uocare. scio inquit quid faciā. **H**omo nimi-
 dus est naturaliter terreo eū. si forte sic cō-
 uertatur & uiuat & cōminatus est acerbiora
 que excogitari possunt scilicet tenebris eter-
 nales. permes imortales: ignez inextinguib.

blem. **T**ertio mittit sup nos deus
 sortem sue vocationis vocans nos p pater/
 nam supplicatione: vt quem criminis obie/
 ctio nō moueat. cōminatio nō terreat. dul/
 cissima supplicatio alliciat. de qua vocatiōe
 dicitur **Iere. iij.** Reuertere auersatur et nō
 auertam faciē meam a vobis: quia sanctus
 sum et non irascat in perpetuum. et ibidē iij
 vulgo dicitur. Si dimiserit viro uxorem suā
 et recedens ab eo duxerit virū alterū. nun/
 quid non polluta et contaminata erit muli/
 er illa? Tu autē fornicata es cū amatoribz
 multis. tamē reuertere ad me dicit dominus
 et ego suscipiam te. item **Ezech.** Nunquid
 voluntatis mee est mors impij dicit dñs. et
 non magis vt cōuertatur a vjs suis et uiuat
 et quare moriemini domus israel? quia no
 lo mortem morientis. reuertimini et uiuite.
Hinc Cañ. v. Reuertere reuertere sunami/
 tis: reuer. reuer. ac si dicat. **Q** sunamitis id
 est misera et captiua. reuertere primo ppter
 beneficiū creacionis. reuertere scdo ppter be/
 neficiū redemptionis. reuertere tertio ppter
 gratias benefactionis. reuertere quarto ppter
 ipem etne gloriacionis: vt si vñ qd qz istoz
 singulariter nō moueat: moueant saltez cū
 simul iuncta. **Q**uarto mittit sup nos deus
 sortem sue vocationis: in ueribz beneficio/
 rum nos alliciens inter que nōnunqz facit
 nobis prospera aridire et nulla aduersa ad
 hxrere. **A**uli sunt enim qui plus bñficijs
 inclinantur qz duris minis compellantur. et
 ideo tot et tanta beneficia contulit que etiā
 quosqz ingratiſimos posset obzuerē. **P**edit
 etiā nobis nosmetipos fm corpus et aīā
 addidit et alia per que in bono esse vtrunqz
 possit subsistere. dedit celū et terram et omnia
 que in eis sunt: nec omnibz his contentus
 addidit semetipm fm se totū: hoc est fm de
 um et hominē. totam trinitatem fm nume/
 rum personarū. **P**edit enim filiū in incar/
 nationem. spūm sanctū in sanctificationem
 se patre seruauit in eternā gloriacionē: in
 tantū semetipm p nobis exinaniens. vt de
 omnibus que habebat nihil a nobis penitus
 continebat. **H**is beneficijs aug. affectū su/
 um excitare voluit cū dicebat. **Q**uānia mea
 dilige deū qui dedit tibi celum cū sideribus

aerem cū volucibus. terram cū gemitibus.
 aquam cū piscibus. spūm sanctū in sanctifi/
 cationem. filiū in redemptionem. seipm in
 eternā fruicionē siue gloriacionē etc. **I**ter
Bern. Quia omnes diligunt munera. venit
 deus et tot et tanta nobis contulit donaria. vt
 in arram sue dilectiōis seipm nobis totum
 daret cum omnibus que habebat. **H**
Quinto mittit sup nos sortem vocationis
 sue per premiozū. pmissionem. pmittens no/
 bis talia et tanta que vt ait apūlus nec auris
 audiuit etc. item. pmittens nobis in presen/
 ti tempore dulcissimas delectationes. in fu/
 turo vero eternā gloriacionē: que ambo p/
 mittit nobis **Matth. xix.** Omnis qui reliq/
 rit patrem aut matre etc. et seqz centuplum ac/
 cipiet et vitam eternam possidebit. **T**anto
 em affectu diligit nos deus vt nō sit conten/
 tus post finem laboris copiosa nobis dare p/
 mia: sed in via hac qua ambulamus de pi/
 micijs celestij bonozū et stillidijz quibus
 letabitur gemitās nos infundit: vt cogni/
 to qz dulcis est dñs viam dei delectabili p/
 curamus. **H**is quinqz modis mittit super/
 nos deus sortem sue vocationis videat et in/
 telligat quis consentiat quis sequatur. quic/
 quid em homo de his et simili bz amoniti/
 onibus cogitauerit nō credat has amoniti/
 ones suas esse cogitationes: sed dñi amoni/
 tionem et sortis sue vocationē. quia omīs bo/
 ne cogitationes dei sunt amonitiones: non
 nostre cogitationes. iuxta illud ps. **E**go sum
 qui loquor iusticiā. quod ex psona dei dicit
 mala vero cū cogitamus nostre sunt cogita/
 tiones. fm illud **matth. xv.** De corde exeunt
 cogitationes male. adulteria etc. **U**n bern.
Cum mala versamus in corde. nostra cogi/
 ratio est: cū vero bona dei sermo. illa scz ma/
 la cor nostrū dicit. **H**ec scz bona cor nostrū au/
 dit. **H**is quinqz modis nitēbatur dominus
 iudam ad penitentiā reuocare. **P**rimo per
 criminis obiectionem: cū dixit. **J**uda. oscu/
 lo filiū hominis tradis: quod cū non aduer/
 teret. scdo eum reuocauit per pene cōminati/
 onem dicens. **T**e homini per quē filius ho/
 minis tradetur. et cum nec sic proficeret. ter/
 cio addidit dulcium verborum allocutionē
 dicens. **A**mice ad quid venisti? et cum nec

quoniam amicitiam ad eum habuerit quem vocavit amicum. et cum nec sic audierit: quanto sub iumentis beneficiorum exhibitionem: constituens eum procuratorem super his que mittebantur. et maxime quia oscularus est eum. Quoniam saltem premissa promissionem non addidit sciens obstinatus iam factus premia non curaret. **T**ertio dicendum est de vocacionis reculatione siue sortis obauditione. Cum enim omnes vocentur et pauci veniant: expedit ut ponantur cause propter quas obaudiuit dominum sic vocantem. Sunt autem novem modi propter quos vocati rennuunt consentire. Primi enim desperant sicut cayn et iudas: quos cum revocasset dominus improperando eis peccata sua querens in eis locum penitentie dixerunt. Maior est iniquitas mea quam ut veniam merear. Secundi vocati irident sicut patet de vocatis per loth: de quibus Gen. xix. dicit. Usus est eis quasi ludens loqui. Tertii contemnunt sicut pharaon: qui signis et miraculis vocatus recusavit dimittere populum opponens se deo sicut Exo. i. dicit. Induratum est cor eius. De quo Augustinus. Poterat deus superbiam pharaonis per vitas et leones domuisse: sed muscas misit: ut eius superbia magis confunderet. Quartii per occasionem aliquam se excusant sicut saul qui per occasionem inobediencie apud samuelem excusavit dicens. i. Re. xv. Accepit populus de melioribus armamentis ut immolaret domino. et sicut illi euangelici qui lu. xiiij. vocati excusaverunt se dicentes. Nulla enim quibus iuga bovis emi. uxorem duxi. rogo te habe me excusatum. Quinti vocati venire distulerunt: dicentes intra se. adhuc iuuenis est. multum superest de tempore. ex quorum persona dicitur Sap. ij. Venite fruamur bonis in iuventute celeriter: non pretereant nos flores temporis. Quibus respondet dominus Lu. xij. Vigilate quia nescitis qua hora dominus revertenturus sit. de quorum numero erat ille qui in euangelio ait. Anima mea habes multa bona etc. cui dominus respondit. Stulte hac nocte etc. Sexti non veniunt detenti immoderato timore vel amore cogitantes intra se: non potes peccata dimittere. res iniustas restituere. in rigore penitentie persistere etc. Quibus respon-

det Job. vi. Qui timet perniciam irruet super eum nix ac si dicat. Qui timet parvam penam irruet super eum penalitas infernalis vel que inordinate diligunt vel divitias vel corpus vel pueros etc. Est autem inordinatus amor quando quelibet creatura plus diligit quam creator. Septimi veniunt sed insufficienter et diminute: ut qui compuncti aliqua emendant et aliqua adhuc tenent: vel qui venientes ad religionem affectum honorum divitiarum voluntatum que reliquerunt in seculo iterum post se trahunt ut achab. de quo iij. dicit dominus. quia humiliatus est mei causa: non inducam mala in diebus suis sicut etiam pharisei. de quibus dominus dicit Mat. xiiij. He vobis pharisei qui similes estis sepulcris dealbatis. intus autem plena ossibus mortuorum. **O**ctavi aliqui veniunt sed per apostasiam resiliunt ab incepto quorum magna est multitudo. quia ad bonum statum venientes postea vel attendunt vel laboribus fatigari: vel temptationibus superari: voluntate vel opere resipiscunt: sicut hi qui in deserto celesti pane de pasti attendunt dixerunt Exo. xvi. Urinam es semus in egypto ubi sedebamus super ollas carnium. et iterum. Anima nostra nauseat super cibo illo lenissimo. nil respiciunt oculi nostri nisi man. Noni vocati non veniunt ponentes spem suam in penitentia finalem. dicit enim. Deus est misericors ad gemitum ignoscens facilliter: et sic permanentes in peccatis deum inhonorant unde eum honorare merito debuerunt. quibus dicit Eccl. v. Depreciari peccatorum noli esse sine metu: nec adicias peccatum super peccatum: et ne dicas misericordia domini magna est: multitudinis peccatorum meorum miserebitur. unde Bern. super illo verbo Non congregabo conventicula eorum de sanguinibus etc. dicit. Ut quid homines in vita sua dissimulant agere penitentiam et de extrema presumunt confessione. Quomodo sub vnius hore spacio revocari posse existimant omnia anime membra: que per consensum et desideria mala per totum mundum sparsa sunt et distracta non dico ait dominus quin aliquos tales salutare potens sim. omnia in momento in ictu oculi revocare: et per spiritum qui non modo ubi vult sed quando vult spirat illa eis

infundere penitentiam quā vix alij diutur
no longi temporis exercitio consequuntur:
quem admodum vidi latroni Sed d. cov
bis. Non cōgregabo conuēticu. rē. id est nō
magnas salum magnitudines congrega
bo. nam in omni scriptura canonica vnum
tū inuenies extrema penitencia saluatur. et
hoc hora dominice passionis. quando nō in
ueniebatur tanta fides in israel. Hi sunt er
go qui a deo misericorditer vocati venire cō
temnunt et diuersis se occasionibus subdu
centes. Ex quorum temeritate et presumpti
one dominus motus iurauit in ira sua. quia
non intrabunt in requiem suam: dicens lu
ce. xij. Amen dico vobis q̄ nemo virorum
illozum qui vocati sunt gustabunt cenā me
am. A quo iuramento rē.

XXXII. De eodem sermo scōus.

Qecidit sors su
per mathiam vt sup̄. Dicit
salem: non ex persona dei. Be
atus homo qui audit me: et q̄
vigilat ad fores meas quondie et obfuar ad
postes ostij mei. **I**n quibus verbis
scōdo loco positus inuissima vis et subtilis
sima describitur dei commōnētis nos et sor
tem cōmōnitionis sue super nos pronūciātis
obseruatio: quod in his tribus verbis scilicet
audit vigilat obfuar lucide declarat. qui
enim hos tres custodes ad ostiū cordis sui
posuerit: scilicet audiētiā vigilantiam et
obseruantiam: q̄ntumcūq; fuerit venerit
non poterit ignorare. De qua diligenti cu
stodia dicit Bernardus. Deus veniens ad
nos non facile obseruatur vnde veniat et q̄
vadat. et istud forte sine damno salutis ne
scire licet. ceterum quando veniat aut quan
do vadat id plane periculosissime ignoratur
Cum enim hec circa nos dispensatorie sancti
spiritus vicissitudines vigi. autissime non
obseruantur. fit vt nec absentem desideras
nec presentem glorifices. Nempe qui idcir
co recedit vt audius queratur. quo nā mo
do si abesse nescitur requirit? et qui dignan
ter ad hoc redit vt cōsolatur qualiter digne
pro sua maiestate suscipit si nec adesse senti
tur: binc est q̄ bi qui sortem vocantis dei

contempserūt. ideo damnandi sunt. q̄ nec
presentiam nec absentiam eius curauerunt
propter quem contemptum cenam domini
vt iurauit non gustabunt: auertens se ab il
lis tanq̄ reprobatis et conuertens se ad ele
ctos: sortem suocacionis pronūciens super
illos qui pulsantem vt audierint inromie
runt. Sicq; pringit vt de vno eodemq; dul
cissimo manate alq; reficiantur alij in durā
tur alij strangulentur et alij emundentur. si
cut de sole vno et eodem alie res mollescunt
vt cera: et alie indurescunt ut lutum. Sicut
igitur iam pulsans a reprobis non auditur
sic et ipsi pulsantes similiter nō audiuntur
dicetq; eis. Amen dico vobis: nescio vos.
Intromissus autem ab electis statim i me
dio terre salutem incipit operari: vt fiat qd
scriptum est Ecce. In distributione sortis
da et accipe: hoc est da p̄sentem et accipe gra
tiam. Nam ex gratia adiuuante et consensu
nostro inclināte perficitur salus nostra. hoc
est quod dicitur Apoca. Ego sto ad ostium
et pulso. si quis mihi aperuerit: intrabo et ce
nabo cum eo. **I**n quibus verbis
predicta duo tanguntur: scilicet grana pul
satis et conse. sus aperiens. Cū ergo occur
rimus deo siue sortem mittenti siue pulsanti
quod vnum est. dantes sibi consensu: no
strum et dicentes cum psal. Iuravi et statui
custodire iudicia iusticie tue de sine medio
intrat in hospiciū cordis nostra habitans
per fidem in cordibus nostris. iuxta illud sa
pientie. vij. Intraui in domum meam con
quiescam cum illa scilicet anima tanq̄ cu
sponsa. et sequitur. Non enim habet amari
rudinem conuersatio illius: nec tristitia cō
uictus illius sed leticiam et gaudium. licet ra
men omnes equaliter id est equali gratia nō
inhabitaret. An videtur tibi equaliter inesse ei
qui dicebat. Si venerit ad me non videbo
eum. si abierit nō intelligam. iob. ix. et ei qui
dixit. Cum inlaxero tibi ex omni me nulq̄
erit mihi dolor et labor et viua erit anima mea
tota plena te. An videtur tibi equaliter id ē
equali gratia inesse ei quem per solam fidem
inhabitaret. et ei qui dixit Bern. Quum et ef
ficax est verbum dei: mox vt inuis venit et
pergescit dormitantem animam meam cepit